

## **Eutropius, Breviarium Ab urbe condita (upraveno)**

### **14.**

1 Successit huic Nero, Caligulae avunculo suo simillimus, qui Romanum imperium et deformavit et diminuit, inusitatae luxuriae sumptuumque (*fuit*), nam exemplo C. Caligulae in calidis et frigidis lavabatur unguentis<sup>1</sup>, retibus aureis piscabatur, quae blattinis<sup>2</sup> funibus extrahebat.

2 Infinitam senatus partem interfecit, bonis omnibus hostis fuit. Ad postremum se tanto dedecore prostituit<sup>3</sup>, ut<sup>4</sup> et saltaret et cantaret in scaena citharoedico habitu vel tragicō.

3 Parricidia<sup>5</sup> multa commisit, fratre, uxore, matre interfectis. Urbem Romam incendit, ut spectaculi eius imaginem cerneret, quali olim Troia capta arserat.

4 In re militari nihil omnino ausus<sup>6</sup> Britanniam paene amisit. Nam duo sub eo nobilissima oppida capta illic atque eversa sunt. Armeniam Parthi sustulerunt legionesque Romanas sub iugum miserunt.

5 Duae tamen sub eo provinciae factae sunt, Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone, et Alpes Cottiae, Cottio rege defuncto.

### **15.**

1 Per haec Romano orbi execrabilis<sup>7</sup> ab omnibus simul destitutus est et a senatu hostis iudicatus est; cum quaereretur ad poenam, quae poena erat talis, ut nudus per publicum ductus, furca<sup>8</sup> capitī eius inserta<sup>9</sup> (= *furcā capitī eius insertā nudus per publicum duceretur*), virgis usque ad mortem caederetur atque ita praecipitaretur a saxo, e Palatio fugit et in suburbano<sup>10</sup> liberti sui, quod est inter Salarium et Nomentanam viam ad quartum urbī miliarium, se interfecit.

2 Aedificavit Romae<sup>11</sup> thermas, quae ante Neronianae dictae, nunc Alexandrianae appellantur.

3 Obiit (= *mortuus est*) tricesimo et altero aetatis anno, imperii quarto decimo, atque in eo omnis Augusti familia consumpta est.

### **Otzáky k textu**

1. Byl Nero příbuzný s Caligulou?
2. Vznikly za Nerona nějaké nové provincie?
3. Kdo Nerona zavraždil?
4. Utrpěli za Nerona Římané nějakou vojenskou porážku?
5. Proč Nero zapálil Řím?
6. Koho z příbuzných zabil?
7. Nastoupil po Neronovi někdo z Augustova rodu?

---

<sup>1</sup> *unguentum*, i. n. „vonný olej, voňavka“

<sup>2</sup> *blattinus* = *blatteus*, a, um „purpurový, nachový“; *funis*, is, m. „provaz“

<sup>3</sup> *prostituo*, ere, ui, utum „veřejně vystavit“, *se prostituere* „oddat se hanebnému životu“

<sup>4</sup> *ut* : „že“, věta účinková

<sup>5</sup> *parricidium*, ii, n. „vražda blízkého příbuzného“

<sup>6</sup> *audeo*, ere, *ausus sum* „odvážit se“; *nihil omnino ausus* ničeho se vůbec neodvážil

<sup>7</sup> *exsecrabilis*, e „proklatý, hodný prokletí“, s dativem *Romano orbi exsecrabilis*: pro římský svět hodný prokletí; *per haec* „kvůli tomu“

<sup>8</sup> *furca*, ae, f. „vidlice, vidle, rozsocha“

<sup>9</sup> *insero*, ere, *serui*, *sertum* „vložit, vstrčit co (ak.) do čeho/ na co (dat.)“

<sup>10</sup> *suburbanum*, i. n. „statek blízko města“

<sup>11</sup> v Římě